



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Epistola XXXIV. Gregorii Papae I. Ad Dominicam. Hortatur vt ad virum
suum Romae occupatum veniat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

telligere donet, & vincere. Codicem vero quem dirigeremus, talem, qui vos ut petistis instrueret, minime paratum habuimus, sed in subsequenti transmittemus.

EPISTOLA XXXIV.

GREGORII PAPÆ I.

AD DOMINICAM.

Hortatur ut ad virum suum Romæ occupatum veniat.

Gregorius Dominicæ uxori Ioannis.

LÆTOS nos vestræ nimis epistolæ reddiderunt, quod vos unitati ecclesiæ sociatam, Deo protegente, cognouimus. Et quidem sicut & ipsa scribis ante hoc facere debuisti, quia talis viri coniugem nec ad modicum esse decuit a communionis unitate disunctam. Considerare enim debuisti, gloriosa filia, quanta multitudo fidelium in matris ecclesiæ sinu consistat, quantisque virtutibus sacerdotes, qui in ista fide defuncti sunt, coruscarunt, vel quanta adhuc corpora sua miracula faciant, atque eos non diiudicare, sed plus tantis viris ac sacerdotibus quam tibi credere debuisti. Inter hæc tamen omnipotenti Deo gratias agimus, qui ita cordi vestro lumen suæ veritatis infundit, ut erroris sui pulsâ caligine, rectam vobis viam, quam sequi & tenere debeatis, ostenderet. Gloriosum autem coniugem vestrum, quousque viuimus, a nobis dimittere nolumus; & ideo eum ad vos reuerti nullatenus confidatis. Et quidem ipse ad vos venire desiderat, sed postquam in ciuitate Romana est, non potest, non ei licet; quia amoris nostri omnino tenetur vinculis alligatus. Melius est ergo ut vos ad eum venire modis omnibus festinetis; quia caput suum potius membra & sequi debent, & quocumque iuerit comitari.

EPISTOLA XXXV.

GREGORII PAPÆ I.

AD BONVM EPISCOPVM MESSANENSEM.

De vasis sacris pro redemptione captiuorum distrahendis.

Gregorius Bono episcopo Messanensi.

ET sacrorum Canonum, & legalia statuta permittunt, ministeria ecclesiæ pro captiuorum esse redemptione